



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Alphonsus de Castro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Iubēs subiſt, licet tunc æger;
 cūm relegari iuberetur, ni
 Deos Patrios præ Christo
 eligeret. Merbo nauiga-
 tionis a rūmnis incréscente,
 Macai felix exul in cœlestem
 patriam, vt spes magna est,
 appulsus est.

P. Alphonsus de Castro.

*Lugitanus.
In Molu-
cis
Januario.
1538.*

Mortific.

Vlyssiponæ autifice Patre
 locuplete natus, à S. Xaue-
 rio in Societatem receptus,
 inter varia quæ à Barbaris
 perulit, cūm fidem propa-
 garet, mansuetudine fuit
 omnibus admirandâ. Cibo
 vescebatur sinè oleo, sinè fa-
 le; ne palato placeret. In
 Maurica regione à Maho-
 metanis nudatus, & nauigio
 crucifixi instar alligatus, po-
 stea ad truncum vincitus, ver-
 beribus laceratus, sub dio-
 celi injurijs, ac infestis be-
 stio-

stiolarum aculeis toto cor-
 pore expositus, promissis &
 crebris & grandibus ad Ma- *Fides*:
 hometi perfidiam inuitatus,
 cum fortissime id negaret,
 iterum cruciatus, per octo
 dies inediā miserabili vexa-
 tus, atque ad fidem deserendam
 iterum multifariam per
 dulcia & acerba inuitamen-
 ta tentatus, admirabili sem- *Patientia.*
 per sibi cōpotis animi equi-
 tate, constantiā, hilaritate,
 capitis sententiam, & mor-
 tem ipsam ore blando, ac
 orans accepit. Araldus ait, *Crux*.
 cum S. Andreæ instar cruci
 alligatum, nudum soli, ac
 muscis expositum. Deinde
 sub costis securi saucio ad-
 diti alij duo iectus. Cadauer
 ex littore in mare deturba-
 tum, tertio die in eodem
 littore iterum repertum est

anno 1
Splend. 15

splendens miro lumine , ac
vulneribus sanguine recenti
manantibus . Ajunt oculati
testes; idem cadauer in sco-
pulo per dies plures sedere
visum, aquis in fornicis ferè
modum supra curuatis. vnde
illi admirabilitas , & apud
Mahometanos etiam vene-
tatio haud vulgaris ; Rege
quoque, magnitudine animi
eius auditâ , dicente : *Quid
simile nostri Caziquij ? Carni-
ficium alij pustulis fædè
exesi & sacro igne ardentes,
vlulantesque ; alij aliter pe-
rière . Is qui sacrum eius
calicem indignè tractauit ,
corpore miserè tumido ex-
tinctus est . Addunt etiam
hos dum interirent , Al-
phonsi nomen implorare
auditos .*

P. Ioannes Vorhington
25 Jan. V. pag. 413

P. Fran-